

325 Explicatur: posse componere unum cum alio, non est solum posse facere quod existit unum in eaduratione materialiter sumpta in qua exiit aliud, sed insuper requiritur quod illa duratio utriusque extremi coexistantiam mensuret, aut mensuratur possit. Quamvis enim iustus v. g. in eodem instanti in quo habet gratiam sanctificantem, possit pro tunc peccare lethaliter, quia gratia sanctificans, precise sumpta, & ut non est associata dono confirmacionis, non tollit potentiam ad peccandum; nihilominus idem iustus qui potest peccare in illo instanti, non potest componere gratiam cum peccato lethali: quia licet possit ponere illud in eo instanti in quo gratia existit, non tamen proat in eo existit gratia, & prout formaliter & reduplicative ejus presentiam & existentiam mensurat, sed tantum prout predicatum instans habet quod mensuraretur in exercitio peccatum, si tunc haberetur. Item licet ille qui elicit actum amoris, in eodem instanti materialiter sumpto possit non amare, quia libere amat, non tamen in eodem instanti formaliter; implicat enim quod idem instans coexistantiam amoris & non amoris simul mensurat: alioqui idem posset simul esse & non esse, & contradictoria de eodem simul verificari. Idem cum proportione dicendum est de promotione ad actum amoris, quae est in eodem instanti temporis & duracionis cum illo, eumque sola prioritate naturae & casualitatis antecedit: licet enim voluntas in eodem instanti in quo est promotio ad actum amoris, possit ponere dissentium seu carentiam amoris, non tamen potest dissentire, seu non amare in sensu composito, quia non potest talem dissentium seu carentiam amoris ponere in eodem instanti formaliter sumpto, & quatenus formaliter & reduplicative mensurat promotionem & amorem, qui actu a voluntate producit, sed solum in eodem instanti materialiter sumpto, & prout abstrahit ab hoc quod ille amor sit productus vel non. Videatur Salmanticensis tom. 1. in 1. p. tract. 4. disp. 20. dubio 3. §. 6.

326 Ad quartum nego quod quando in Tridentino definitur liberum arbitrium motum & excitatum a Deo posse dissentire, significetur per hoc, esse in potestate liberi arbitrii componere ipsum non agere cum praerequisitis ad agendum. Ad probationem in contrarium, dicendum est, de ratione quidem dissentus actualis, & actu possit, esse ut existat in eodem instanti formaliter pro quo quis movetur & incitatur ad consentium: hoc tamen non esse de ratione dissentus solum possibilis, aut ponibilis, de quo solum loquitur Tridentinum in illo canone 4. sess. 6. Hic enim solum petit, quod possit existere in eodem instanti materialiter sumpto, in quo existit motus, Nam (ut supra ostendimus) ut alicui instet pro aliquo statu seu duracione vere potentia ad aliquid, non requiritur quod illud etiam pro illo statu seu duracione sit possibile, sed sufficit, quod sit possibile absolute.

327 Ad quintum jam patet solutio, constat enim ex dictis, membra hujus distinctionis: in sensu composito, & diviso, esse inter se opposita, non eo modo quo contendit arguere: ita ut posse non agere in sensu composito, sit posse facere ut pro eodem instanti temporis simul sint praerequisita, & non actio. Et posse non agere in sensu diviso, sit posse facere ut pro alio instanti temporis quo non sunt praerequisita, sit non actio (hic enim sensus Calvinisticus est, non Thomisticus, ut art. 4. ostendimus) sed modo jam explicato, ita ut posse non agere in sensu composito, sit negationem actionis posse in eodem instanti formaliter sumpto cum praerequisitis ad agendum coexistere. Possit vero non agere in sensu diviso, sit illam posse existere in eodem instanti, non formaliter, sed materialiter, considerato.

328 Ad ultimum concedo Majorem, & nego Minorem, ad cuius probationem, distinguo Antecedens. Potentia comparanda cum sui effectus impossibilitate, non sufficit ad tribuendam denominationem simpliciter, & absolute potentis, si talis impossibilitas sit absoluta, & ex natura rei procedens, concedo Antecedens. Si sit solum pro aliquo statu aut duracione, & ratione aliquis suppositionis dependentis a libertate, vel a prima ejus origine & radice, nego Antecedens, & Consequentiam. Solutio patet ex supra dictis, nam (ut supra arguebamus) Deus adhuc supposito decreto de non creando alio mundo, simpliciter & absolute denominatur potens ad creando alium mundum, quia licet alius mundus, supposito illo decreto, possibilis non sit, est tamen possibilis absolute. Pars, etiam in statu quo est extra totum, habet veram potentiam ad componendam; per hoc precise quod compositio sit possibilis absolute, licet extra totum actualis compositio possibilis non sit. Et praedestinatus vere potest damnari, licet actualis damnatio nunquam possit cum praedestinatione conjungi. Unde D. Bonaventura in 1. dist. 40. quest. 2. ad 1. Quando alicui datur locus secundum praedestinationem divinam, potest quidem cadere, & locum perdere, & alius qui non est praedestinatus potest locum acquirere, & tamen nunquam hoc evenit. Et D. Thomas hic art. 6. ad 2. Li-

cet sic possibile cum qui est praedestinatus mori in peccato mortali, secundum se consideratum (id est ab intrinseca indifferentia causae proxima, etiam stante illa suppositione) tamen hoc est impossibile, posse (prout scilicet ponitur) eum esse praedestinatum. Unde non sequitur quod praedestinatio salvi possit.

ARTICULUS VII.

An omnis suppositio antecedens, seu ex libera nostra voluntatis electione non descendens destruat arbitrii libertatem?

Hunc articulum junctim procedenti, ut secundum Adversariorum fundamentum conveniamus, & mentem ac doctrinam Anselmi, qua illi maxime abutuntur in hac materia, elucidemus, ac exponamus: Unde fit

§. I.

Pars negativa statuitur: & refutatio Conciliorum & SS. Patrum firmatur.

Deo igitur: Omnis suppositio antecedens, seu ex li 149 bera nostre voluntatis electione non descendens, non destruit libertatem.

Probat primo conclusio ex Concilio Colonienfi in Enchir. Christianae institutionis de fact. ponit ubi sic habetur: Duplex est necessitas: una absoluta quam vocamus necessitatem consequentis: veluti necesse est Deum esse, Deum unum esse, hominem esse animal rationale, mortale, nam hoc aliter se habere nequaquam possunt. Alia est necessitas consequentis, quae necessario evenit dicitur non quae sua natura necessaria sunt, sed necessario sequuntur, propter procedentes causas, &c. Et haec distinctio ibidem conciliat libertatem cum divina praesentia; unde ex hoc loco efficitur argumentum desumptum ad probandum omnem suppositionem antecedentem non destruire libertatem. Necessitas enim quae est ex causis praecedentibus, oritur a suppositione antecedente, ut manifestum est: Sed necessitas orta ex causis praecedentibus non semper destruit libertatem: Ergo necesse necessitas proveniens a suppositione antecedente, Major patet, Minor vero sic ostenditur. Juxta Concilium, necessitas orta ex causis praecedentibus, est necessitas consequentiae tantum, & non consequentis, ut constat ex verbis relatis: Sed necessitas quae est tantum consequentiae, & non consequentis, non praedicit libertati, ut ibidem docet Concilium, & consentient omnes Theologi & Canonistae, ut constat ex canone: Nabuchodonosor, alias vestra §. quaresimae, 23. quest. 4. & ex Gloss. ibidem: Ergo necessitas orta ex causis praecedentibus, non semper destruit libertatem.

Probat secundo conclusio ex Anselmo, cui potissimum 130 in hac materia confidunt Adversarii. Nam Sanctus ille in libro de concordia libertatis cap. 7. in principio docet scientiam Dei esse causam rerum, & probat hac ratione quae etiam utitur Magister in 1. dist. 38. Si Deus a rebus habet scientiam, sequitur quod illa prius sua quaevis scientia, & sic a Deo non sunt a quo nequeunt esse nisi per ejus scientiam. Item cap. 10. ejusdem libri, agens de concordia praesentiae & praedestinationis cum libero arbitrio, ait: Quomodo sua voluntas utitur potestate, nihil tamens facit, quod Deus non faciat in bonis sua gratia. Ex quibus locis sic arguo. Divina scientia, juxta Anselmum, est causa futuritionis rerum, & gratia boni usus liberi arbitrii seu determinationis liberi arbitrii ad bonum: quia (inquit) nihil facit potestate, quod Deus non faciat in bonis sua gratia: voluntas autem bene utitur libero arbitrio, & ad bonum se determinat: Ergo illam bonum usum & talem determinationem facit Deus in nobis sua gratia: Sed omnis causa est prior saltem natura & casualitate suo effectui, ut docent Philosophi & lumine naturali notum est: Ergo ex Anselmo scientia Dei est suppositio antecedens, respectu futuritionis rerum, & gratia respectu boni usus & determinationis liberi arbitrii: Sed nec Dei praesentia; nec divina gratia, tollunt vel laedunt libertatem & contingentiam rerum, ut est certum de fide, & toto illo opusculo docet Anselmus: Ergo ex doctrina Anselmi, saltem est quod omnis suppositio antecedens, & ex libera nostra voluntatis electione non descendens, destruat arbitrii libertatem.

Confirmatur: Idem Sanctus cap. 3. ejusdem libri sic habet: 131 quomodo enim quod Deus vult non potest non esse si vult voluntatem humanam nulli cogi vel prohiberi necessitate ad volendum, vel non volendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam, & esse quod vult. Quibus verbis aperte docet voluntatem divinam, ratione infinitae efficaciae quae potest, causare substantiam & modum libertatis in nostris operationibus, & efficere quod voluntas creata infallibiliter simul & libere operetur, & consequenter dari aliquam suppositionem antecedentem, quae non tollit, sed causat infallibiliter libertatem, & quae necessitatem solum consequentiae & non consequentis inducit.

Pro.

132 Probat tertio ex D. Thom. 1. p. q. 19. art. 8. ubi tertio loco hoc sibi argumentum objicit: Illud quod habet necessitatem ex priori, est necessarium absolute: sed res creata a Deo, comparatur ad voluntatem divinam, sicut ad aliquid prius a quo habent necessitatem: Sequitur ergo quod omne quod Deus vult sit necessarium absolute. Ecce ipsissime Adversariorum fundamentum, cui sic respondet. Ad tertium dicendum quod posteriora habent necessitatem juxta modum primum: unde & ea quae sunt a voluntate divina, tales necessitates habent, qualem Deus vult ea habere; scilicet vel absolute, vel conditionaliter tantum; & sic non omnia sunt necessaria absolute. Quibus verbis S. Doct. duo docet quae Adversariorum doctrina aperte repugnant. Primum est, res omnes creatas, & consequenter actus liberos nostrae voluntatis, qui utique aliquid creatum sunt, comparari ad voluntatem divinam ut ad aliquid prius, & in eam reduci tanquam in primam & universalissimam causam. Secundum est, quod quicquid habet necessitatem ab alio priori, non est necessarium absolute. Quis (inquunt) posteriora habent necessitatem, juxta modum primum. Ex quo inferit, aliquid habere a voluntate divina necessitatem absolutam, ut Solem oriri, igem calefacere &c. Alia vero hypotheticam tantum, & conditionalem: ut praedestinatum salvari, praeventum gratis efficaciter converti, &c. Ergo falsum est, quod omnis suppositio antecedens, & de libera nostra voluntatis electione non descendens, tollat libertatem, & necessitatem antecedentem, seu absolutam inducat.

133 Confirmatur: D. Thom. ibidem sibi objicit aliud argumentum, quod etiam communiter nobis opponunt Adversarii: Omnis causa quae non potest expelli (seu cui non potest resisti) est necessitate suam effectum produci: Sed voluntas Dei non potest expelli, nec ei resisti: dicit enim Apostolus ad Rom. 9. Voluntati enim ejus quis resistit? Ergo voluntas Dei imponit rebus volentis necessitatem. Cui sic respondet: Ad secundum dicendum, quod ex hoc ipso quod nihil voluntati divina resistit, sequitur quod non solum sunt ea quae Deus vult fieri, sed quod sunt contingenter vel necessario quae sic fieri vult. Quibus verbis duo etiam docet doctrina Adversariorum directe opposita. In primis enim asserit, voluntati Dei efficaci non posse resisti, nec illam posse impediri & frustrari suo effectu. Secundo hanc, ut ita loquar, irrefragabilitatem, non solum non obesse libertati create, sed etiam illam firmare & statuire: si enim voluntati divina non potest resisti, & illa velit ut libere operetur, firmum & certum est quod libere operabitur. Id ergo quod Adversarii putant maxime nocere libertati juxta D. Thom. est illud quod maxime eam firmat, fovet, & statuit, idque quod dicitur illius esse ruinam & perditionem, vel ut alii loquuntur: ejus ultimam voluntatem; idem S. Doct. asserit esse primam ejus originem & radicem. Quis ergo non videat, eos a doctrina D. Thom. peregrinari, & derelinquere fontem aequae vitae, ut fodiatis sibi cisternas dissipatas, sicut dicitur Jeremia 2.

§. II.

Ratio fundamentalis exponitur.

134 Uvis & efficaciam praecipue rationis quae ducuntur Thomae ad probandum dari aliquam suppositionem antecedentem, quae libertati non praedicit, sed potius eam statuit & firmat, melius & facilius percipiatur: quare ab Adversariis, qui impossibilitatem vel necessitatem orta ex suppositione consequente, seu ex libera nostra voluntatis determinatione descendente, libertatem ejus non tollat, aut laedat? Vel alii terminis, cur id quod libertatem consequitur, & consequendo facit aliud extremum pro tunc impossibile, non praedicit libertati? Respondentur si me dubio, quia eo ipso quod libertatem consequitur est utique ipsius libertatis effectus, ac proinde potius signum libertatem offendens, quam eam destruens. Haec est profecto omnium concors & vere responsio ex qua efficaciam argumentum desumo ad probandum omnem suppositionem antecedentem, eam praecipue quam involvit divina praedestinatio, seu decretum praedeterminans, non praedicit libertati. Si enim secundum responsonem jam datam, & juxta rei veritatem, suppositio consequens non tollit libertatem, quia est effectus illius; a fortiori suppositio antecedens divina praedestinationis, seu decreti praedeterminantis, eam non destruet, quia ut docent Thomistae, tale decretum oritur a prima radice & principio libertatis: infinita scilicet divinae voluntatis efficaciam, ipsamque libertatem, per modum causae seu principii actualis illius antecedit: implicat autem quod aliquid libertatem anteceditur aut causa libertatis, & quod libertatem destruat: nam causa effectum suum non destruit aut annihilat, sed potius illum producit, fovet, & conservat. Cum ergo Thomistae doceant decretum praedeterminans, & physican praedeterminationem ac gratiam efficaciam, quae ab illo fluunt & emanant, non aliter antecedere liberi arbitrii consentium & determina-

Theol. Coet., Tom. I.

tionem, quam per modum causae & principii actualis illius, & in tali decreto, seu praedeterminatione, & gratia efficaci, solum prioritatem naturae & casualitatis agnoscent, manifestum est juxta illorum principia, suppositionem illius quamvis antecedentem, non destruire, sed causare libertatem, & omnem necessitatem aut impossibilitatem ad ea indactam, non magis nocere libertati, quam illam quae ad suppositionem ipsius actus liberi consequitur: sicut enim haec suppositio est effectus aut signum libertatis, ita & alia est illius causa & origo: & sicut prima formaliter consequitur libertatem, ita & altera est eam consequens virtualiter, seu equivalenter, quantum ad effectum conservandi libertatem, ut in solutione argumentorum fufus expendimus.

135 Sed quia discursus iste perspicue satis intencum ostendit, haud dubie Adversarii negabant principium quod hic supponimus, nimirum talem posse esse decreti praedeterminantis & physican praedeterminationis naturam, ut libertatem antecedar, & nihilominus antecedendo causaret: hoc enim, inquit, est de ratione liberi agentis, ut ita se ad volendum & operandum determinet, quod a nulla causa superiori, salva ejus libertate, determinari possit: nam ut dicitur Eccles. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. Apposuit tibi ignem & aquam; ad quod volueris porrigere manum tuam &c.

Verum in hac responsione, quae est veluti summa & medulla doctrinae Molinisticae, multa improbanda & impugnanda occurrunt. In primis enim quod primo asseritur, talem videlicet non posse esse decreti praedeterminantis & physican praedeterminationis naturam, ut libertatem antecedar, & nihilominus antecedendo causaret, manifeste veritatem implicat dari vel concipi aliquam causam, quae prioritate saltem casualitatis & naturae suae effectum non antecedar, quod lumine naturali notum est, & patet inductione in omnibus causis secundis: Solem natura praecedat radium, ignis calorem, & essentia proprietates quae ab ipsa dimanant: Ergo tantum abest quod divinum decretum, ejusque influxus & motio, non possint in nobis causare libertatem, si liberi arbitrii determinationem & consentium prioritate naturae antecedar, quia potius oppositum, nec fieri nec concipi possit, & manifestam contradictionem involvat.

136 Aliud etiam quod in eadem responsione subjungitur, scilicet de ratione liberi agentis esse, ita se ad volendum & operandum determinare, ut a nulla superiori causa determinari possit, a veritate & sana doctrina non minus alienum est. Licet enim hoc cujuslibet causae creatae, etiam Angelicae, potestatem excedat, quia ut recte ait Doctor Subtilis supra relatus: Contra naturam voluntatis est, determinari a causa inferiori, quia tunc ipsa non esset superior: Non est tamen cur hujusmodi vim & potentiam supremam & omnipotentissimam causae denegemus, ut ibidem docet idem Scotus, subdens: Non est autem contra naturam voluntatis, determinari a causa superiori, scilicet Deo. Cujus disparitatis duplex ratio, estque egregia, assignari potest. Prima est, quia cum Deus sit primum liberum, & tale per effectum omnem libertatem creatam & participatam omnemque liberam nostrae voluntatis determinationem, eminentissimum & perfectissimum modo continet: magisque habet, ut inquit Augustinus, in potestate voluntatis hominum, quam ipsi suis: Si ergo creata voluntas seipsam quasi sua libertate praevenerit, potest se in consentium liberum determinare, cur omnipotens eadem sua efficacia praevenerit, idem praesare non poterit? Hanc rationem tangit D. Thom. q. 22. de verit. art. 8. his verbis: Sicut voluntas potest immutare actum suum, ita & multo amplius Deus. Potestque consurgere & illustrari discursu quo utitur Innocent. Papa in Epistola ad Concilium Carthagenis, quae uter Epistolae Augustini est ut. ubi sic rationatur: Ergo erit tibi in providendo praesentior, quam potest in te esse qui te ut esse efficit? Quem sapientissimum Pontificem imitari, similiter dicamus: Eris ne tibi ad tuos actus determinandos praesentior & potentior, quam potest in esse qui te ut esse efficit?

137 Hanc rationem brevitur ac dilucide proponit Ildephonus Michael, Zamorensis, tomo 1. in 1. p. q. 19. art. 8. cap. ult., ubi sic discursit: Nunquam destruitur effectus per antecessorem suam causam, cum sit de essentia effectus subsequi ad causam, & sit de ratione causae antecedere praevenerit aliqua effectum, nam causa est, ut dicitur in 2. phys. corum, ad quam sequitur effectus: libertatem autem causam secundo, nisi falli velimus, vel nisi superbinamus, non debemus apprehendere ut primam & independentem, sed ut participatam, posteriorem, dependentem, & subsequantem post primam causam, ejusque decretum & influxum.

138 Secunda ratio sumitur etiam ex D. Thoma eadem q. 22. 139 de verit. art. 9. ubi haec scribit. Ex parte voluntatis mutare actum voluntatis non potest, nisi quod operatur intra voluntatem; hoc est ipsa voluntas, & id quod est causa esse voluntatis, quod secundum fidem solus Deus est: unde solus Deus potest inclinationem voluntatis quam ei debet transferre de uno in alium.

Y. 3

aliud, secundum quod dicitur. Quibus verbis hoc discrimen datur inter Deum & agentia creata, quod nulla creatura, quantumvis perfecta, potest in mentem humanam illabi, & ut ita loquar intra voluntatis officinam intrare, nec consequenter ipsam immutare, & applicare se determinare ad volendum: ex quo inferunt Theologi, quod ipsi etiam Angeli non possunt naturaliter cognoscere actus nostras liberos, nec penetrare cordis humani cogitationes; quia ille clauduntur intra frinium cordis nostri & peccatoris, in quod nulla creatura, etiam angelica, invita voluntate potest intrare. Ceterum Deus, cum sit auctor & principium ipsius voluntatis, & supremum habeat in illam dominium, potest intra ipsam illabi, & in ejus sinum ingredi: juxta illud Ezech. 44. Porta hoc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, & consequenter solus Deus potest illa voluntatis libertate, eam intrinsece immutare, applicare, & determinare.

140. Hanc doctrinam latius expendit 3. contra Gent. c. 88. ubi sic dicitur: Oportet quod omnis motus voluntatis ab interiori procedat: nulla autem substantia creata conjungitur animi intellectuali, quantum ad sua interiora, nisi solus Deus, qui solus est causa ipsius, & sustinet eam in esse: A solo igitur Deo potest motus voluntatis causari. Et infra: Illud solum agens potest causare motum voluntatis absque violentia, quod causat principium intrinsecum hujus motus, quod est potentia ipsa voluntatis: hoc autem est Deus qui animam solus creat. Solus igitur Deus potest movere voluntatem per modum agentis absque violentia. Quibus verbis, hoc etiam inter Deum & creaturas agnoscit discrimen, quod agentia creata, cum sint omnino voluntate extrinseca, non possunt eam intrinsece immutare & applicare, sed tantum extrinsece & objective movere & excitare. Deus autem, cum sit auctor & principium anime & voluntatis, ac intime illi conjungatur, veluti anima ipsius anime, & sicut principium in quo vivimus, movetur, & sumus, ut dicitur Actor. 17. non reputatur tamquam agens extrinsecum, sed computatur inter causas internas ipsius voluntatis, non fortaliter ut anima, sed realiter & eminenter, sicut causa prima. Unde potest utroque modo movere voluntatem, extrinsece scilicet & objective, eam alliciendo & invitando ad sui amorem & perfectionem: quod prestat in ratione summi boni & ultimi finis, cujus motio est tantum moralis & metaphorica ut docent Philosophi. Et etiam effective, eam interioris inclinando, & applicando ad quodcumque voluerit, quod ei competit in ratione prime cause & primi principii, ut egregie explicat idem S. Doct. 1. p. q. 105. art. 4. ubi quaerit: Utrum Deus possit movere voluntatem creatam? Et in corpore articuli distinguit duplex genus motionis, quarum una se tenet tantum ex parte objecti, & altera ex parte potentie, & concludit: Quod utroque modo proprium est Dei movere voluntatem (intelligit efficaciter, ut ibidem explicat) Sed maxime secundo modo, interius eam inclinando. Et articulo sequenti docet quod Deus in omnibus agentibus operatur tribus modis, scilicet finaliter, effective, & formaliter. Et in resp. ad 3. ait: Deus non solum dat formas rebus, sed etiam conferat eas in esse, & applicat eas ad agendum, sed finis omnium actionum. Denique art. 4. primo loco sibi obicit hoc argumentum quod nobis frequenter opponitur Adversarii: Omne quod movetur ab extrinseco, cogitur: Sed voluntas non potest cogi: Ergo non potest a Deo moveri. Cui sic respondet: Ad primum ergo dicendum, quod illud quod movetur ab altero, dicitur cogi, si movetur contra inclinationem propriam: sed si movetur ab alio quod sibi dat propriam inclinationem, non dicitur cogi. Sicut grave, cum movetur deorsum a generante, non cogitur: Sic igitur Deus movendo voluntatem, non cogit ipsam, quia dat ei propriam ejus inclinationem. Quibus verbis docet Deum movendo & determinando voluntatem hominis, eam non cogere vel necesse, quia cum sit ejus auctor, dans ei propriam inclinationem, non se habet ut agens extrinsecum respectu illius, sicut rebus agentia creata, sed ei intime unitur & conjungitur tamquam radix & principium ipsius libertatis. Unde sicut si substantia anima habet aliquem influxum primum in voluntatem, eamque sub indifferentia objectiva iudicii ad volendum & operandum prederminat, non destruetur ejus libertatem, sed potius eam causat, quia est radix talis potentie, & cum ea intime conjungitur. Ita similiter, quia Deus est auctor & principium ipsius anime & voluntatis, et hoc intime unitur, ut primum liberum, & prima causa libertatis create, quantumvis ipsam ad volendum, & ad operandum applicet & prederminat, non tollit aut ledit ejus libertatem, quia eius influxus est influxus radialis & principii ipsius libertatis, & habet pro effectu ipsam actum liberum, etiam in quantum liberum, & substantiam eam modum libertatis in ejus operationibus simul attingit, eamque movet & applicat ad volendum, sub indifferentia objectiva iudicii, quae ut supra ostendimus, est proxima radix libertatis.

Potest hoc amplius declarari & illustrari alio exemplo 141. apertissimo, quod utitur Salmanticensis in Tractatu de voluntate Dei disp. 10. dub. 4. §. 3. Si in manibus hominis esset aliqua libertas intrinseca, distincta a libertate voluntatis, eique essentialiter subordinata, tunc ejus natura esset, quod hoc ipse quod voluntas efficaciter vellet aliquid fieri a manibus, ille etiam libere & secundario illud vellet, licet possent velles oppositum; nec in tali casu, imperium aut motio voluntatis applicantis manum ad opus, ejus libertatem lederet; quia talis libertas esset folum secundaria, & essentialiter dependens a libertate voluntatis, tamquam primi liberi, primique determinantis & applicantis potentias & facultates anime; & etiam quia voluntas illam determinans & applicans, non se haberet per modum principii pure extrinseci respectu illius, sed esset illi intime conjuncta, & in eadem essentia anime radicata. Ita similiter dicimus, quod quia libertas nostra voluntatis est tantum secundaria, & Deo tamquam primo libero, primoque determinanti essentialiter subordinata, & aliunde Deus non se habet ut agens pure extrinsecum respectu voluntatis, sed illi intime conjungitur, tamquam radix & principium libertatis, illam consequenter non destruit, aut ledit, quantumvis voluntatem prederminat, quia per hoc non impedit, sed facit quod voluntas in suo ordine, & ut secundum liberum & secundum determinans, seipsam moveat & determinet. In hoc enim nulla plane est repugnantia aut implicantia, ut sepe ostendimus, & docet D. Thomas ubi supra art. 5. ubi secundo loco sibi hoc argumentum proponit. Una operatio non potest esse simul a duobus operantibus, sicut nec unus numerus motus potest esse duorum mobilium: si igitur operatio creata esset a Deo in creatura operante, non potest esse simul a creatura, & a Deo in creatura operante. Quod est idem argumentum quod nobis frequenter opponitur Adversarii: dicunt enim, quod si voluntas movetur, applicatur, & determinatur a Deo, seipsam non movet, nec applicat, aut determinat, & sic tollitur ejus libertas, cum de ratione cause libere sit seipsam determinare & applicare. Cui sic respondet S. Doct. Ad secundum dicendum, quod una actio non procedit a duobus agentibus unius ordinis: sed nihil prohibet quin una & eadem actio procedat a primo & secundo agente. Ita similiter nos dicimus, quod libera determinatio voluntatis create, non procedit a duobus agentibus ejusdem ordinis, sed nihil prohibet quin procedat a primo & a secundo agente, tamquam a duobus causis essentialiter subordinatis: a Deo scilicet, tamquam a primo libero & primo movente, & applicante, & a voluntate humana, ut a secundo libero, & secundo movente & applicante: sicut nihil vetat, quom eadem planta generatio sit a Sole, ut a primo generante; & a terra, tamquam a generante secundo.

Unde ad locum Ecclesiastici supra adductum, quod nobis sepe obijcit Adversarii, respondet idem Doct. Angelicus 3. cont. Gent. c. 90. quod: Ecce verba Ecclesiastici ad hoc solum inducuntur, ut homines esse liberi arbitrii ostendatur, non vero ut eorum electiones a divina providentia subtrahantur. Quod suffus expendit in hac 1. p. q. 22. art. 2. ad 4. his verbis: Ad quartum dicendum, quod in hoc quod dicitur Deum homines sibi reliquisse, non excluditur quod a divina providentia. sed ostenditur quod non presiguntur ei virtus operativa, determinata ad unum, sicut in rebus naturalibus quae aguntur sanem, quasi ab altero directis in finem, non autem seipsa agunt, quasi se dirigentia in finem, ut creatura rationales per liberum arbitrium quo consultantur & eligunt, unde signanter dicit in manu consilii sui. Sed quia ipse actus liberi arbitrii reducitur in Deum sicut in causam, necesse est ut ea quae ex libero arbitrio sunt a divina providentia subtrahantur. Quibus verbis aperte declarat, hac verba Ecclesiastici ad hoc folum induci, ut explicetur facultas qua pollet homo ratione libertatis sibi indita, ut in suo ordine, & in ratione secundi liberi & determinantis, eligat & se determinet: per illa tamen non excludi subordinatum & dependentiam quam habet a Deo ut primo libero & determinante, nec consequenter divine motionis & applicationis necessitatem. Sicut nec per hoc quod ignis est calefacere, excluditur necessitas celestis motus: quo exemplo idem S. Doct. utitur quodlib. 1. art. 7. ad 1. & in 2. sent. ad Anib. dist. 20. art. 4. ad 3. ubi ait: Potestas nostra nihil operari potest sine Deo qui operatur in omni natura & voluntate: unde cum dicimus aliquid esse in nobis, non excludimus Dei auxilium.

§. III.

Dilatatur argumentum P. Anaxi, & mens ac doctrina Anselmi, de duplici necessitate antecedente & consequente, explicatur.

Principia Adversariorum argumenta desumuntur ex 143 auctoritate & doctrina Anselmi lib. 2. Cur Deus homo, cap. 18. ubi duplicem necessitatem distinguit: alteram antecedentem

consequentem & qua tollit libertatem; alteram consequentem, quae libertati non nocet. Verba Anselmi sunt: Est namque necessitas procedens, quae causa est ut sit res, & est necessitas sequens, quam res facit. Procedens & efficiens necessitas est, cum dicitur calum volui, quia necesse est ut voluntas sequens vero qua nihil efficit, sed sic est cum dico te ex necessitate loqui, qui loquaris. Cum enim hoc dico, significo nihil facere posse, ut dum loqueris non loquaris: non quod aliquid te cogat ad loquendum. Nam violentia naturalis conditionis cogit calum volui, te vero nulla necessitas facit loqui. Idem docet in lib. de concordia predestinationis cum libero arbitrio, cap. 16. ubi ait: Pariter igitur quantumvis necesse sit fieri qua predestinetur, & qua predestinatur, quidam tamen predestinatio & predestinatio non eveniunt ea necessitate qua procedit rem, & facit, sed ea qua rem sequitur; sicut supra dicimus. Non enim quantumvis predestinet, facit, voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo; sed in sua eam potestate dimittendo. Quantumvis tamen sua voluntas utatur potestate, nihil tamen facit quod Deus non faciat in bonis suis gratiis, in malis non suis, sed ejusdem voluntatis culpa. Et cap. 3. de concordia predestinatio & predestinationis docet, necessitatem consequentem esse illam quae descendit de libera voluntate.

144. Ex his Anselmi testimoniis, quaedam deducit argumenta P. Anaxius in lib. quem pro defensione scientie medie edidit disp. 1. cap. 6. §. 4. ad probandum predestinationes absolutas & efficaces, a provisione scientie medie independentes, quae a Thomistis, decreta predestinationis, appellentur, destruerent libertatem.

145. Primo loquitur n. 153. Necessitas quae facit rem esse, & quae causa est ut res sit, est necessitas procedens, & inimica libertati, ex Anselmo: Necessitas quae sequitur ex predestinatione, facit rem esse, & est causa ut sit res: Ergo est necessitas procedens, & inimica libertati, juxta mentem Anselmi.

146. Secundo, Necessitas sequens, & quae libertati non nocet, alia non est ex Anselmo, quam illa quam res facit, & quae descendit de libera voluntate: Sed necessitas quam inest libera voluntati, non est illa quam res facit, nec descendit de libera voluntate. Ergo non est necessitas quae apud Anselmum dicitur sequens, & quae non nocet libertati. Quod si sub secundo illo tradite distinctionis membro contineri non potest, restat ut ad primum reducat, & credatur esse necessitas procedens, & noxia libertati, aut danteur Anselmum una eum sua distinctione.

147. Tertio, Predestinari actum liberum, est predestinari actum qui non trahat necessitatem efficiendi ex causa antecedenti, & independenter ab illius voluntate qui liber dicitur: Atqui actus esse predestinatus, est trahere necessitatem efficiendi ex Dei predestinatione: Ergo predestinari actum liberum, est predestinari actum qui non sit predestinatus, quod implicat. Ibidem n. 134.

148. Quarto, Necessitas quam abhorret agens liberum, illa est ejus causam ipsam nec impedire potest, nec vincere: Necessitas agendi quae sequitur ex predestinatione, seclusa scientia media, est hujusmodi. Ergo illa est quam abhorret liberum agens. Neque hoc argumentum (inquit) eget probatione, led meditatione. Ita n. 136.

149. Denique, quando antecedens est causa consequentis independentis a libertate, nemo dubitare potest, quin non sit tantum necessitas consequentia, sed & consequentis quoque, ut videre est in consequentia amoris beatifici ex visione, & actus violentior coacti ex vi cogente. Cum ergo divina predestinatio, seclusa scientia media, nec pendeat a nostra libertate, nec illam supponat, & tam insolubiliter sibi connectat positionem actus predestinati, quam visio beatificum amorem, quare dicitur tantum necessitas consequentia, & non etiam consequentis? Ita n. 137.

Primumque his argumentis respondemus, premitendum extimiam, me valde mirari, cur Adversarii Anselmi auctoritatem tantopere contra nos urgeant; cum illam in aliis materiis in quibus cum illis non convenit (ut cum agitur de peccato Angelorum, & quaeritur an prima illorum operatio sit a Deo; & utrum Deus positivus influat in actus malos, & peccaminosos) non solum facillime abijciant, sed etiam tere contemnant. Unde Vasquez tom. ult. quest. 94. dub. 6. quaerens utrum per opera alias Deo debita, hoc est precepta, satisfieri possit, respondet affirmative, & sibi obijcit auctoritatem Anselmi, oppositum docentis lib. 1. cur Deus homo cap. 20. quae sic incipit: Ad certum ex Anselmo respondimus supra, & contra ipsam probavimus; apud Deum fieri posse satisfactionem de aliis debitis, multaque alia contra ipsum adduximus, quibus ostendimus non probata quod convenit. Similiter Theophilus Raynaudus tomo de Christo, editionis Antverpiensis pag. 100. fatetur Anselmum docuisse, plures substantias divinas, eandem non posse humanitatem terminare, & tamen oppositum ibidem docet. Si ergo nos similiter in subiecta materia, Anselmi auctoritatem negavimus, & eandem quam sibi arrogat Adversarii licentiam usurparemus, certe omnia illorum argumenta penitus infringere.

utur; & ut ita dicam, sponte liqueferent, ac in fumum & auram evanescerent, cum totum illorum robur ex Anselmi auctoritate sumatur.

Verum, quia majori reverentia Sanctos Patres colimus, 150 & in Scholasticarum non audiri solent haec voces: Perperam Chrysostomus, Perperam Augustinus; quae in scriptis quorundam Recensorum leguntur; ideo hac omnia responsione, & admitta Anselmi auctoritatem, quem ut Doctorem eximium, sanctissimum Praefulem, & Augustini Discipulum veneramus, respondeo illum per necessitatem procedentem, libertati contrariam, non aliam intellexisse, quam eam quae oritur ex aliqua causa extrinseca cogente, seu ab uno per modum naturae determinante, ut contingit in amore beatifico, aut in volitione boni in communi. Per necessitatem vero consequentem, eam significare, quae vel ex ipsa electione & libertate voluntatis immediate descendit, vel ex ejus prima causa & radice oritur: qualis in sententia Thomistarum est suppositio decreti prederminantis. Nam, ut supra dicebamus, licet hac suppositio sit formaliter antecedens, tamen quantum ad effectum conservandae libertatis, est virtualiter seu equivalenter consequens, eo quod causa libertatis non magis possit ei nocere, quam ejus effectus.

Quod autem hac interpretatio sit legitima, patet ex ipso 151 Anselmo, cap. 10. libri de concordia, ubi explicans necessitatem antecedentem, dicit illam quae procedit rem, & facit, & statim addit: Non enim ea Deus quantumvis predestinet, facit voluntatem cogendo, aut voluntati resistendo. Quibus verbis satis aperte declarat, se loqui tantum de precedentia cogente, seu ad unum per modum naturae determinante: unde libro 2. Cur Deus homo, cap. 18. ut hanc necessitatem explicet, adducit exemplum de ortu Solis, & de motu celi, quae constat esse agentia naturalia, seu ad unum per modum naturae determinata. Et Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum necessitatem illam positivam appellat, id est, naturalem, & per modum naturae moventem eam determinantem.

Quando ergo Anselmum dicit quod necessitas antecedens est illa quae procedit rem & facit, hoc non est intelligendum de quacumque prioritate & efficientia (alioquin, ut supra dicebamus, causa libertatis destrueret libertatem, quod absurdissimum est) sed de precedentia cogente, seu ad unum per modum naturae determinante, nec relinquente in voluntate potentiam ad oppositum, & de efficientia liberi arbitrii determinationem & cooperationem impediendae ac excludendae. Similiter quando ait quod necessitas sequens est illa quam res seu voluntas facit, intendit folum quod voluntas illam facit secundario, & ut secundum liberum, & secundum determinans: non autem primario, & independenter a motione & applicatione primi liberi, primique determinantis. Unde addit: Quantumvis tamen sua voluntas utatur potestate, nihil tamen facit quod Deus non faciat in bonis suis gratiis, in malis non suis, sed ejusdem voluntatis culpa. His praemissis, P. Anaxi argumenta facile diluuntur.

Ad primum enim respondetur distinguendo Majorem. 153 Necessitas quae facit rem esse, & quae causa est ut res sit, est necessitas procedens: si faciat rem esse, illam determinando ad unum per modum naturae, & excludendo determinationem & cooperationem liberi arbitrii, concedo Majorem. Si non determinet illam ad unum per modum naturae, sed per modum liberi, nec impedit, led officiat determinationem & cooperationem liberi arbitrii, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem: Necessitas quae sequitur ex predestinatione, facit rem esse, & est causa ut res sit, eam determinando ad unum per modum naturae, & excludendo determinationem & cooperationem liberi arbitrii, nego Minorem: Eam determinando ad unum per modum liberi, & causando liberi arbitrii determinationem & cooperationem, concedo Minorem, & nego Consequentiam.

Ad secundum eadem facilitate responderetur, distinguendo 154 etiam Majorem. Necessitas sequens, & quae libertati non nocet, alia non est ex Anselmo, quam illa quam voluntas facit: ut mota & applicata a Deo ut a primo libero & determinante, concedo Majorem. Quam facit independenter a motione & determinatione primi liberi, primique determinantis, nego Majorem. Eodem modo distinguo Minorem. Necessitas quam inest predestinatio, non est illa quam voluntas facit, dependenter a motione & applicatione Dei, ut primi liberi, & primi determinantis, nego Minorem. Independentem ab illa, concedo Minorem, & nego Consequentiam.

Secundo responderi potest, aliter distinguendo eandem 155 Majorem. Necessitas consequens est illa quae descendit de libera voluntate: vel formaliter, vel equivalenter, concedo Majorem: formaliter tantum, nego Majorem. Similiter distinguo Minorem. Necessitas quam inest predestinatio, non descendit de libera voluntate: formaliter, concedo Minorem: eminenter, seu equivalenter: nego Minorem, & Consequentiam. Solutio patet ex supra dictis: cum enim Deus sit primum liberum, & ma-

gis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi homines, omnemque eorum libertatem, seu liberam determinationem eminentissimo & perfectissimo modo continent, potest, seclusis imperfectioribus, prestare totum id quod potest voluntas creata; unde sicut illa se ipsam quasi sua libertate preveniens, potest se in contentum liberam determinare, ita & Deus sua efficacia illam preveniens, eam potest determinare. Vel ut loquitur D. Thomas supra relatus: *Sicut voluntas potest immutare actum suum, ita & multo amplius Deus, Quare sicut supposito quae descendit a voluntate humana, est formaliter consequens, quia descendit a secundo libero, & causa secunda libertatis creata; ita & illa quae oritur a divina praedestinatione, est eminenter seu equivalenter consequens, quoad effectum servandi illam libertatem, quia descendit a primo libero, & a prima totius contingentiae ad libertatis radice infinita scilicet divina voluntatis efficacia. Unde talis suppositio reducit ad secundum membrum distinctionis tradita ab Anselmo, scilicet ad necessitatem consequentem.*

156 Nec valet ratiocinatio Adversarii, quod loco supra citato num. 136, sic dicitur, *Sed & hoc quoque videtur absurdum negari antecedentem esse necessitatem, cujus causa est antecedens, cum constet apud omnes quomocumque necessitatem sequi conditionem sua causa, & aequae ab ea determinari. Et ita naturaliter dicitur necessitas illa, quae causam habeat naturalem; & violenta, quae extrinsecus illam; absoluta, quae existentem atque operantem absolute, conditionata, quae suspensam ex aliqua conditione. Jam quo sensu & qua probabilitate dicitur consequens, aut negatur antecedens necessitas illa cujus causa est antecedens? Et illa quae dicitur antecedens, quare sic dicitur, nisi quia est ex causa antecedenti? Non valet, inquam, haec ratiocinatio, seu potius grammaticalis observatio; nam ut docent Dialectici, aliud est id a quo significandum nominis imponitur, & aliud id ad quod significandum imponitur. Lapis enim dicitur a laedendo pedem, omnia tamen quod laedit pedem non est lapis. Ita pariter, licet necessitas antecedens hanc denominationem a causa praecedenti desumat, omnia tamen causa quae liberi arbitrii consensum & determinationem praecedat, non debet, nec potest dici necessitas antecedens, alioquin, ut supra arguebamus, indifferentia obiectiva iudicii quae voluntatis electionem praecedat, esset necessitas antecedens: immo & ipsa libertatis causa, iam destrueret, ac necessitatem antecedentem inducere diceretur, quod nihil absurdius imaginari potest. Sola ergo illa necessitas dicitur simpliciter antecedens, quae ad unum per modum naturae antecedenter determinat.*

157 Ad tertium etiam patet solutio: Major enim eodem modo distinguenda est, quae in praecedentibus argumentis. Praedestinatio actum liberum, est praedestinatio actum qui non trahit necessitatem essendi ex causa praedeterminante ad unum per modum naturae, concedo Majorem: praedeterminante ad unum per modum liberi, nego Majorem. Vel ex causa antecedenti, quae non habeat in sua potestate voluntates hominum, & eorum libertatem ac determinationem radicaliter seu eminenter non contingat, concedo Majorem. Ex causa antecedenti, quae habeat in sua potestate voluntates hominum, eorumque libertatem eminentissimo & perfectissimo modo continet, nego Majorem. Unde cum divina praedestinatio praedeterminet ad unum per modum liberi, & descendat ad infinitam efficacia divina voluntatis, quae est prima radix nostrae libertatis, eamque radicaliter seu eminenter praecedat: quamvis actus liberi nostrae voluntatis, ex illa trahat aliquam necessitatem essendi (scilicet infallibilitatis) remanet tamen illa & incommuni arbitrii nostri libertas.

158 Ad quartum respondeo Majorem (quae asserit quod necessitas quam abhorret agens liberum, est illa cujus causam nec impedire potest nec vincere) esse veram, quando causa est particularis, & finita ac limitata virtutis, ut sunt omnia agentia creata: secus autem quando est universalis, & infinitae virtutis & efficaciae, ut est divina praedestinatio. Nam haec, ratione hujus universalis causalitatis, & infinitae efficaciae quae pollet, est dativa & causativa libertatis, & substantiam ac modum libertatis in nostris operationibus attingit, ut supra ostendimus. Unde tantum abest, ad libertatem requiri quod agens liberum ejus vim & efficaciam possit vincere aut impedire, quin potius si illi resisteret, eamque vinceret, aut impediret, tolleret libertatem; quia prima ejus radix, infinita scilicet divina voluntatis efficacia, destrueretur. Quare D. Thomas supra relatus asserit: *Ex hoc quod nihil voluntati divina resistit, sequi quod non solum fiat ea quae Deus vult fieri, sed quod fieri contingat vel necessitate, quia sic fieri vult.* Et Sylvius in opusculo de primo Motore, & l. 1. part. 9. art. 8. testatur hanc propositionem: *Quod impossibile est, quod necessarium sequitur consequentem; hoc impossibile est, quod necessarium, fuisse damnatum Romae a XI. anno 1476. in quodam Petro de Rivo, Doctore Lovaniensi, & ab eodem Rivo retractatum. Idem asserunt Doctores Lovanienses in justificatione & defensione cu-*

justiam Censurae sur, Parisiis impressa anno 1641. Nam ibidem cap. 4. num. 81. expresse dicitur, praedictam propositionem in ipsa Universitate Lovaniensi fuisse olim ante 112. annos censam & abjectam, & deinde Romae ipso Rivo praesente, sub XI. IV. damnatum, & ab eodem Rivo recantatum.

Ex quo duplici testimonio, omni exceptione majore, 159 infringitur responso Cardinalis de Lugodicensi 3. part. disp. 26. sect. 6. propositionem a praefato Auctore asseritam, & ab illo Pontifice proscripam, non fuisse illam quam retulimus, sed istam: *Quod ex praecedenti ordine successiva durationis sequitur per necessarium consequentiam, necessarium & impossibile est.* Neque enim par est credere, Sylvium, virum prudentem, sapientem, & in omni passu suo solidum, hujus propositionis censuram in suis ad primam partem D. Thomae commentariis voluisse inferere, eamque in opusculo quod de primo Motore edit. confirmare, ac denuo asserere, & tam fream levitatis, vel ignorantiae, aut negligentiae, & dormitionis, in hoc duplici eximio opere, notam imprimere, nisi de illius veritate fuisse omnino certus. Multo minus credibile est aut probabile, Professores Lovaniensis Academiae, quae magnam sibi promeruit toto terrarum orbe auctoritatem, ideam voluisse tam expresse afferre, praefertim in justificatione Censurae, quam ipsi Nuncio Apostolico, Galatino Episcopo, die 9. Septembris 1588. per Decanum ejusdem Facultatis, Dominum Henricum Cuychium, exhibuerunt, nisi de ejusdem propositionis censura fuisse etiam certi. Crediderim potius his quae praefatus Cardinalis, in sui de hac propositione iudicii confirmationem, loco citato adducit, deesse quidpiam, quam Sylvio & Doctoribus Lovanensibus, in his quae ad manum illis erant exquirendis aut investigandis, diligentiam & sollicitudinem detulisse.

Ceterum, de illi gratis concedatur, dictam propositionem 160 non fuisse damnatam, sed aliam quam refert de Lugo, semper tamen illa remanet de errore suspecta, quia ut ostendit Sylvius ubi supra, prior illa propositio ex posteriori sequitur. Nam si non est necesse id quod per necessarium consequentiam sequitur ex aliquo praecedenti ordine successivae durationis, esse impossibile & necessarium, a fortiori non erit necesse, id quod per necessarium consequentiam sequitur ex aliquo praecedenti liberi arbitrii determinationem & consensum, prioritate naturae, esse necessarium & impossibile, seu non liberum, & contingens. Quia, ut supra arguebamus, ea quae prioritate naturae contingunt & libertatem antecedunt, eam causant & non deserviunt; prioritas enim naturae est prioritas causalitatis & dependentiae, & competit causa & principio actuali, in ordine ad effectum quem actu producit.

Ad quantum distinguo Majorem. Quando Antecedens 161 est causa consequens, independens a libertate, nam dubitare potest quod non sit tantam necessitas consequentia, sed & consequens. Si antecedens sit causa consequentis, solum quantum ad substantiam & entitatem actus, verum est. Si sit causa consequentis, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad modum contingentiae & libertatis in eo inclusum (ut contingit in proposito) falsum. Nam ut supra ex D. Anselmo retulimus: *Quoniam quod Deus vult non potest non esse, si Deus vult voluntatem humanam nulla cogi vel prohiberi necessitate ad volendum, rursus necesse est voluntatem esse liberam & esse quod vult.* Unde patet disparitas ad exemplum de visione beatifica ab arguente adductum. Haec enim, cum tollat indifferentiam obiectivam iudicii, quae est proxima radix libertatis, nec in voluntate beatorum relinquat potentiam ad non diligendum Deum, in amorem beatificum non influit libertatem, sed necessitatem. E contra vero, cum divina praedestinatio utrumque praestet, causat libertatem & contingentiam in actibus praedestinatis.

§. IV.

Aliud ejusdem Auctori, argumentum dissolvitur.

162 Idem Auctor disp. l. c. 6. §. 1. probat admittendam esse in Deo scientiam medium, eo quod Admissa scientia media non sit difficile ad intelligendum, quomodo Deus praedestinare possit actum liberum, illa est ejus libertate: enque seclusa quomodo sit divina praedestinatio cum libertate actus praedestinati; adeo sit capiti difficile, ut sit hic etiam minus ex maximis Adversarii laboribus, &c. Suntque aliqui Auctores, qui cum non habeant usum scientiam mediae, velinque nihilominus veritate praedestinationis actuum liberorum, hanc difficultatem succumbunt, ut videre est in Cajetano &c.

Respondeo primo: hunc modum inveniendi libertatem quae Molina excogitavit, non esse ita facilem, quin ex illo gravissima emergant difficultates, & plura sequantur absurda & inconvenientia, quae Tractatu 3. hujus expendimus impugnando scientiam medium. Sed nec ita clarum & perspicuum, quin multi excogitent veritatem illam obiectivam futu-

futurorum contingentium a divino decreto independentem, eoque anteriorem, quae est praecipuum scientiae mediae fundamentum, esse obcurissimum, ac profusum intellegendum. Unde Suarez lib. 1. de essentia praedest. c. 7. numer. 8. & tom. 1. de grat. proleg. 2. num. 12. ait quod non intelligens qualiter futura conditionata contingentia sint scibilia, prout antecedunt determinationem divinae voluntatis, quiescere debent, confingentes ad infinitatem divinae scientiae.

163 Praeterea, Dato quod modus ille conciliandi libertatem a Molina excogitatus, sit ita facilis & perspicuus, ut ab omnibus intelligi valeat, & faciliem reddat ut ait Adversarius, bonorum actuum praedestinationem: alio vero obsecuro, & difficilior, & paucis intelligibilis: dico tamen hanc nimiam facilitatem & claritatem in hac materia esse valde suspectam, ac similem ignibus illis fallacibus & fatuis, qui viatores decipiunt: & ad praecipua ducunt. Nam D. Augustinus de praedest. Sancti. cap. 14. loquens de hac concordia, ait *Esse difficilem ad servandum quaestionem, Epistol. 2. ad Valentinum difficillimum vocat. Epist. 1. Difficillimum & paucis intelligibilem.* Et in libro de gratia Christi cap. 47. fit ait: *Ida quae ubi de libero arbitrio voluntate, & de dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficulte; ut quando defenditur liberum arbitrium, negari dei gratia videtur, quando autem asseritur dei gratia, liberum arbitrium patitur auferri.* Unde gravi difficultate premi se fatetur lib. 2. de peccat. meritis & remissione, cap. 18. ne liberum arbitrium gratia, aut gratiam libero arbitrio excludat. *Ista etiam ratio inquit quae de rebus a talibus quibus sumus iniri potest, quoniam nostrum quatenus vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium auferre videatur: rursus ne liberum sit asseramus arbitrium, ut superba impietate, ingrati dei gratia judicemus.* Ex quibus verbis Julianus sumptit occasionem calumniam D. Augustinum, quasi dixisset gratiam non posse cum libero arbitrio cohaerere. Quam calumniam a se repellit S. Doctor lib. 4. contra ipsum. c. 8. his verbis: *Tu autem vir honestus & verax, abstulisti verba quae dico, & dixisti quod ipsi dixisti. Ego enim dixi istam quaestionem ad discernendum esse difficilem, non autem dixi non posse discerni. Redde verba mea, & vanescit calumnia tua.*

164 Denique idem Augustinus libro de gratia & libero arbitrio, quem ad Valentinum Abbatem, & ad Monachos cum illo commemorantes direxit, ut illis difficilem hac libertatis cum divina gratia & praedestinatione concordiam, quae maximas inter illos rixas & contentiones concitaverat, explicaret: haec scribit cap. 1. *Novitatem est mihi de vobis, fratres, ad illud quod in vestra congregatione sunt, & ad nos inde convenit, per quos & ista dixerimus, quod de hac (concordia) scilicet liberi arbitrii cum gratia & praedestinatione) difficultates in vobis fuit. Itaque dilectissimi ne vos perturbet hujus quaestio disputata, moveo vos primum, ut de his quae intelligitis agatur gratias, quidquid est autem quod pertinet mundum potest vestrae mentis intentio, patet inter vos & caritatem servante, a Domino ut intelligatis orate &c.*

165 Augustino concinunt celeberrimi Theologi, quos recenset Alvarez disp. 18. de auxiliis. Quatuor tantum hieceram, ingenio & eruditione praclaros. Primus est Cardinalis Cajetanus; qui variis in locis hujus concordiae obcuritatem & difficultatem ingenie profertur (quod perperam vocat P. Annatus difficultati succumbere) Nam in cap. 9. Epistol. ad Roman. haec scribit. *Est cum officio, conjunge haec duo simul (nempe electionem Dei esse infallibiliter effectum habiturum, & quoniamlibet nostrum esse liberi arbitrii) Respondeo me scire quod verum verum non est contrarium, sed necesse haec jungeri, sicut necesse mysterium Trinitatis, sicut necesse animam immortalem, sicut necesse Verbum caro factum est, & similia, quae tamen omnia credo. Et l. 1. p. quest. 22. ad art. 4. eandem difficilem quaestionem pertractans, ait: *in ea quiescere debet intellectus, non evidenti veritate inspecta, sed atroxine inaccessiblei veritatis occulte.* Et hoc ingenio modo factis rationabile videtur, cum propter rationem praedictam, cum quoniam, ut ait Gregorius, minus de Deo sentit, qui hoc tantum de eo credit, quod suo ingenio metiri potest. Nec propterea negandum aliquid eorum, quae ad divinam immutabilitatem, actualitatem, certitudinem, atque universalitatem, & similia spectare scimus, aut ex hoc tenemus, suspicari: sed illud occultum latere, vel ex parte ordinis, qui est inter Deum & eventum provium, vel ex glorio inter ipsum eventum, & esse provium, arbitror. Et sic intellectum animae nostrae, oculum nostrum esse considerans, in ignorantia sola quietem illius invenio. Melius est enim tam fidei Catholicae quam Philosophiae, sacri caritatem nostram, quam asserere tamquam evidentiam, quae intellectum non quietans: evidenti namque quietatione est. Et addit. *Optimum autem atque salubre consilium est in hac re, inchoare ab his quae certo scimus, & experiri in nobis; scilicet quod omnia quae sub libero arbitrio nostro continentur, evitabilia a nobis sunt, & propterea digni sumus parva vel premio. Quomodo autem hoc salvo, divina**

salvatur providentia ac pro destinatio &c. credere quod sancta Mater Ecclesia credit. Scripsum est enim, aliter si ego non quaesieris, plurima enim sunt supra sensus humanos revelata, & hoc est unum ex illis, Similia habet Dominicus Soto in c. 9. Epistolae ad Romanos.

Sed quis forte Patrum Dominicanorum testimonia Adversarii possent esse suspecta, unum proferam ex Patribus Societatis, quem Possivinus virum insigni eruditione & perspicuitate reterum appellat. Hic est Benedictus Ferrerius, qui tomo 6. disputationum selectarum in sacra Scripturam, ad illa verba Apostoli ad Roman. 9. *ergo cuius vult miseretur, et quem vult non miseretur* (de concordia scilicet libertatis cum praedestinatione & gratia) expendens, ait: *haec duo manifesta esse, & ex sacris literis, & secundum rectam rationem, homines a Deo praedestinos, necessario (necessitate dico infallibilitatis) saltem suam consequi, nec praeire posse, & hominem esse liberi arbitrii ad eligendum quodcumque voluerit, sive bonum, sive malum. Verum quo tamdem vinculo hoc glorio concinnatur? Ita & copulatur inter se, videtur esse inconprehensibile homini in hac vita. Et paulo infra, hujus difficultatis intelligentiam, non secus ac mysteria facillime Trinitatis, cum Cajetano, differit usque ad aeterna vitae fructum, asseritque D. Augustinus, hanc non potuisse comprehendere difficultatem, immo & Apostolum argumentum fidei propositum non alio modo diluisset, quam per hanc exclamationem: *O homo tu quis es qui respondes Deo!**

167 Expresius adhuc loquitur Franciscus Zumei l. 2. quest. 111. art. 3. disp. 1. ubi haec scribit: *Mirabile est argumentum quod Adversarii consunt, cum dicunt se non posse intelligere, quo pacto salvetur concordia liberi arbitrii cum gratia, nisi tollendo prioritatem divini auxilii efficaciam: mirabile, inquam, est argumentum, quia si ipsi non intelligunt, fides & Ecclesia intelligit &c. Postea subdit: *Quod si ego non intelligo, non ob hoc deserenda est veritas Catholica: etiam si tam clara & aperta esset libertati arbitrii cum gratia efficaci concordia, ut ipsi dicunt, non est cur tantopere laborare Augustinus, & laborare Ecclesia, &c.**

Eadem veritas ratione suaderi potest. Primo quia concordia gratiae efficacis & doni perseverantiae, cum libertate & mutabilitate arbitrii creati, pertinet ad mysterium praedestinationis, & est praecipuum ejus effectus: Ergo sicut praedestinationis mysterium non potest in hac vita penetrari, & clare cognosci, ita nec illa concordia.

169 Secundo, Quia ut supra vidimus ex D. Thoma, vinculum illud quo haec extrema inter se connectuntur, est effectus divinae omnipotentiae: *Deus enim* (inquit S. Doctor) *hoc sua omnipotentia facit, ut voluntas illud in quod miseretur, voluntarie velit: Sed effectus divinae omnipotentiae non possunt flos lumine naturali a nobis penetrari & comprehendi: Ergo nec illa concordia.* Unde inquit August. lib. 2. contra Iulianum Petilianum c. 84. *Si tibi proponam quaestionem, quomodo Deus Pater attrahat ad filium homines quos in libero dimisit arbitrio? forsitan eam difficile solvaturus es: quomodo enim attrahit, si dimiserit, ut quis quod voluerit eligat? & tamen utrumque verum est, sed intellectu hoc penetrare pauci valent.*

170 Tertio, Si in ordine naturali tot sint arcana & secreta quae humani ingenii vires transcendunt, & a nobis in hac vita perfecte cognosci non possunt, ut natura temporis, compositio continui, fluxus ac refluxus Oceani, multaque alia quae Philosophorum ingenia aborbescent, aut torquent: quid mirum, si divina gratia operatio in nobis secretissima sit, ac soli ejus largitori plene cognita; si difficile altissimum quae in terra sunt, & quae in prospectu sunt inventum tam labore: quae autem in calis sunt quae investigabuntur, sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum de altissimis? Sapient. 9.

Sicut ergo Suarez supra relatus ait, quod non intelligentes qualiter futura contingentia conditionata, sint scibilia, prout antecedunt determinationem divinae voluntatis, quiescere debent confingentes ad infinitatem divinae scientiae. Ita similiter nos dicimus, quod licet in hac vita plene & perfecte non intelligamus, qualiter possit Deus movere efficaciter liberum arbitrium ad bene, libere, & infallibiliter operandum, quiescere debemus confingentes ad efficaciam infinitam divinae voluntatis & omnipotentiae. Et mirum est quod Suarez, alique Regentiores, hanc fidem cecam a Thomistis excogitant, quantum ad ea quae spectant ad scientiam medium & ad veritatem obiectivam futurorum contingentium ante decretum; & tamen quando agitur de concordia libertatis cum divinatorum decretorum & auxiliorum efficacia, non solum eam exhibere reculant, August. alique Theologus supra relatus, asserentibus in hac difficultate & obcurissima concordia, captivandum esse intellectum in obsequium fidei, ejusque clarum & evidentem notitiam, usque ad visionem beatificam esse differendam; verum etiam ipsos Thomistas derident, eo quod asserant, non esse possibile humanae menti, nexum hunc divinate motionis efficacissimam cum nostrae voluntatis libertate, in hac vita

vita comprehendere, cum tamen utrumque connexorum lateri necesse sit. Quod, inquit Petrus a S. Joseph, in opusculo quod D. Thom. deificationem appellat disp. 2. sect. 10. num. 7. Perbelle dictum esset apud Pythagoras qui jurabat in verba Magistri: apud illos autem qui non curant quid quisque privatus Doctor asserat, quam quid scilicet probet, levis hac credulitas parum apposite ingeritur.

173 Sed audiat quæsto Petrus, non Pythagoram loquentem, non privatum doctorem discurrentem & ratiocinantem, sed ipsummet Augustinum, ipsum, inquam, Ecclesie Salomonem, oracula fundentem fern. 20. de verbis Apostoli c. 7. ac sibi dicentem: *Quæris tu rationem, ego expavescam aliquid: o altitudo divitiarum sapientie & scientie Dei! tu ratiocinans, ego miror: tu disputas, ego credam: altitudinem video, ad profundum non pervento: o altitudo! ... Requiris tu (Apostolus) quia inventis administrationem, nemo quærat in me occultorum rationem. Illa dicit insensibilis sunt iudicia eius. & tu scrutari vovisti? Ille dicit investigabiles sunt viæ eius, & tu investigare vovisti? Si inscrutabilia scrutari vovisti, crede quam potuisti. Tale est quædam inscrutabilis, & investigabilis investigare, quæle est esse involvibile videre, & insensibilis fieri. Ergo adificetur domus, cum pervenerit ad dedicationem rationem. Certe faciens hæc Augustinus ratiocinatio, scilicet nobis videtur quam omnis humana ratiocinatio. Sacra hæc obscuritas & caligo (in qua, ut ait Dionysius, Deus splendescit) clarior ac lucidior nobis apparet, quam lux illa Moltissima, quæ clare videre presumit, ubi Doctorum Aquilæ se calcare fatetur. Hæc docta Augustini ignorantia, sapientior est omni humana sapientia: nam ut dicit Hieronymus: *Melius est aliquid nescire, quam cum periculo asserere. Vel ut loquitur ipsemet Augul. Melior est fidelis ignorantia, quam temeraria scientia.**

173 Dices: Argumenta que sunt contra concordiam libertatis cum divina providentia & prædeterminatione, sunt solubilia, & de facto solvuntur a Theologis: Ergo hujus concordia possibilitas potest in hac vita manifeste cognosci. Consequenter videtur manifesta: qui enim solvit ea argumenta que probant aliquorum extremorum conjunctionem repugnare, evidenter ostendit illam possibilem.

174 Pro solutione hujus argumenti, observandum est cum Cajetano: aliquid mysterium posse demonstrari evidenter possibile duobus modis, positive scilicet & negative.

Tunc demonstratur evidenter positive, cum probatur mediis naturalibus possibilem esse connexionem prædicati cum subiecto, v. g. Dei cum homine. Dicitur vero demonstrari evidenter negative, quando ostenditur nihil reperiri quod evidenter probet illud mysterium esse impossibile, & solvuntur argumenta que sunt contra ejus possibilitatem: v. g. si infidelis argueret contra fideliem, hoc modo: *Omnis natura quæ est una numero, est etiam una in supposito: Sed natura divina est una numero: Ergo & una in supposito: fidelis autem distingueret Majorem, dicens eam esse veram in naturis finitis, non autem in natura infinita, & assereret, nullo modo probari posse de natura infinita, quod sit una in supposito, cum evidenter negative probaret possibilitatem mysterii Trinitatis. Si vero positive ipse fidelis (quod tamen fieri nequit) habet medium effectum, quo evidenter probaret hanc propositionem, natura infinita potest esse in rebus suppositis: veliter asserens, in tali casu probaret evidenter positive possibilitatem mysterii Trinitatis. Hoc præsupposito,*

175 Ad argumentum respondeo, concessio Antecedente, distinguendo Consequens. Ergo hujus concordia possibilitas potest in hac vita evidenter cognosci: Evidenter positive nego. Evidenter negative, concedo. Ad probationem in contrarium, similiter dicendum est, quod ille qui solvit argumenta que probant aliquorum extremorum conjunctionem repugnare, ostendit illam esse possibilem, evidenter negative, non tamen evidenter positive. Unde omnia argumenta que supra adduximus, tum ad probandum divinarum decretorum efficaciam non ledere arbitrii libertatem: tum ad convellendam adversæ sententiæ fundamenta, hujus concordia possibilitatem, solum evidenter negative ostendunt, & si interdu probando nostram sententiam, diximus evidens aut manifestum esse, decretum prædeterminans non tollere aut ledere libertatem, hoc de evidentiæ negativa, non vero de positiva intelligentiam est.

S. V.

*Alia adversæ sententiæ argumenta diluuntur.*

176 Objicies primo: Si Deus vellet imponere necessitatem voluntati create, non posset id præstare per aliquid fortius & potentius, quam per motionem illam physicam, derivatam a decreto prædeterminante, quia nihil illa habet fortius & potentius: Ergo si de facto illam movet & prædeterminat, per talem motionem, & prædeterminationem, ei necessitatem imponit, ejuque libertatem destruit.

concedo Antecedente, nego Consequentiam. Quia licet Deus nihil illa motione habeat fortius & potentius, habet tamen diversos modos movendi per illam, quibus potest imponere necessitatem, vel causare libertatem. Nam potest hominem movere ad unum per modum nature, tollendo ab ejus intellectu indifferentiam objectivam iudicii, & a voluntate potentiam ad oppositum, ut contingit in amore beatifico, & in volitione boni in communi. Potest etiam illum movere ad unum per modum liberi, relinquendo in intellectu indifferentiam objectivam iudicii, & in voluntate potentiam ad oppositum, quo pacto movet hominem in statu viæ ad omnes actus humanos & deliberatos: ac proinde per talem motionem, non imponit ei necessitatem, sed potius causat & perficit ejus libertatem.

Explicari potest res ista exemplo quidem humili, sed tamen aptissimo, quod habet recens Auditor Idephonsus Michael Zamorensis tom. 1. in 1. p. ad art. 8. q. 19. ubi refert, olim dum in gymnasio Complutensi publice theses de physica prædeterminatione defenderet, a quodam fuisse objectum, Deum sua motione physica ita voluntatem premere, & libertatem omnem veluti conterere & comminere, non secus ac si quis immensus ferri pondus super ova projiceret, quæ dubio procul misere confringeret. Sed acute respondit citatus Auditor, durius esse ferri pondus, & crassius exemplum, quam ut admitti possit, ubi de motione Dei agitur omnino spirituali, & quæ res pro conjuncta natura movet. Sed si Deus cum voluntate ejus principium est conferatur, & ita se habere exilimeatur ut gallina cum ovis quæ produxit, probari sibi exemplum, nec alio luculentiori posse rem istam explicari. Ita enim gallina quæ ova produxit, iis incubat, eaque industria sese componit, ut nullum frangat, nullum ledat, sed ea fovet & calefaciat, & ex iis pullos educat. Idem plane de Deo sentiendum: cum enim sit voluntatis Auditor, ita eam regit, moderatur, & fovet, ut libertatem non ledat, sed potius servet & fovet, juxta illud quod ex D. Prospero fuper retulimus: *Arbitrium hominis gratia Dei non abolet, sed adest.*

Objicies secundo: Illud destruit libertatem voluntatis, quod tollit ejus indifferentiam: Sed decretum prædeterminans tollit indifferentiam voluntatis, cum eam determinet ad unum actum eligendum, ad amorem v. g. potius quam ad odium: Ergo destruit ejus libertatem.

Ad hoc argumentum patet solutio ex supra dictis: Major enim distinguenda est. Quod tollit ejus indifferentiam, æqualem & positivam, concedo Majorem. Potentialem & privativam, nego Majorem. & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Itaque duplex solvet in voluntate distingui indifferentiam: una potentialis & privativa seu suspensiva, quæ cum importet potentiam & suspensionem ac carentiam actus, dicit imperfectionem; nec reperitur formaliter in Deo, sed tantum eligit & se determinat, retinendo potentiam ad oppositum; & hæc est perfectio simpliciter simplex, & convenit Deo formaliter, & non tantum eminenter. Licet ergo decretum prædeterminans, primam indifferentiam, seu potentialitatem ac suspensionem voluntatis tollat, eam actuando, & reducendo de actu primo ad secundum; quia tamen non tollit, sed causat secundam, libertatem nostræ voluntatis non tollit, sed perficit, auferendo ad ea aliquem defectum & imperfectionem, ut supra explicatum est. Unde in conclusionibus a Schola Duacensi propagatis, contra negantes promotionem primæ causæ, anno 1609. mensis Junii, in prima thesi physica tertiæ actus, hæc habentur: *Neque efficacius asseritur libertas voluntatis create, quam per physicum influxum causam ipsam prius natura attingentem. Nec sane video, quomodo aliter liberum voluntatis dominium deservi possit: quam non agnoscendo prædeterminationem, quam facile intelligit, qui illinc absolutam primitivam, hinc subordinatorem & dependentiam vult serio ruminare.*

Objicies tertio: Voluntas non potest determinari per aliquid prævium ad ejus operationem, etiam proprietate nature: Ergo nec prædeterminari. Consequentia patet, Antecedens probatur. Determinatio voluntatis debet esse voluntaria & libera: Ergo non potest esse quid prævium ad ejus operationem, etiam proprietate nature. Antecedens est certum, Consequentia vero probatur. Nihil potest esse voluntarium & liberum, nisi vel supponat actum voluntatis, vel sit ipsemet actus voluntatis: Ergo si determinatio voluntatis sit libera & voluntaria, non potest esse quid prævium ad ejus operationem, etiam proprietate nature.

Respondeo distinguendo Antecedens. Voluntas non potest determinari formaliter per aliquid prævium, concedo Antecedens. Non potest determinari casualiter, nego Antecedens, & Consequentiam. Ad ejus probationem, similiter distinguo Antecedens. Determinatio casualis voluntatis debet esse voluntaria & libera, casualiter & ut quo, con-

concedo Antecedens: formaliter & ut quod, nego Antecedens & Consequentiam.

183 Explicatur: Duplicem in voluntate creatâ solent distinguere Thomistæ determinationem: unam causalem, & alteram formalem. Prima est a solo Deo, ut primo libro, & determinante, primoque electionum nostrarum principio: secunda est a Deo & a voluntate creatâ simul operantibus. Ad primam voluntas se habet mere passive, illam a Deo recipiendo: ad secundam Deo moventi & applicanti libere cooperatur. Prima antecedit liberam nostre voluntatis electionem, prioritate nature: secunda vero est ipsa libera electio & actio voluntatis; quatenus exit ab ipsa, ut mota & applicata a Deo. Denique prima determinatio est libera & voluntaria, solum casualiter & ut quo, quia efficit quod actus liber & voluntarius exeat et voluntate: sicut semen dicitur vivens ut quo, quia est instrumentum generantis ad vitam communicandam. Altera vero est voluntaria & libera, non solum ut quo & virtualiter, sed etiam ut quod & formaliter: unde licet ipsa non possit esse quid prævium ad operationem voluntatis, etiam prioritate nature, bene tamen illa.

183 Objicies quarto: Voluntas prædeterminata ad actum amoris v. g. non retinet potentiam ad actum odii, vel ad negationem amoris: Ergo non libere, sed necessario amat. Consequentia patet, ad libertatem enim requiritur ut voluntas ita moveatur & determinetur a Deo, ut sub tali motione & determinatione, retineat potentiam ad oppositum, ut constat ex supra dictis. Antecedens vero in quo est difficultas, probatur primo. Possibili posito in actu, nullum sequitur impossibile: Sed posita prædeterminatione ad amorem, sequeretur impossibile si voluntas non amaret: Ergo non est possibile eam non amare. Major patet, Minor vero probatur. Fieri non potest, ut in eodem instanti simul sit amor & non amor, vel odium: Atqui si voluntas præmota ad amorem, non amaret, fieri essent amor & non amor, vel etiam odium in voluntate: Ergo posita prædeterminatione ad amorem, sequeretur impossibile, si voluntas non amaret.

Secundo, Si voluntas præmota ad amandum posset non amare, posset irritam facere divinam promotionem: Sed hoc est impossibile, cum illa sit executio & instrumentum voluntatis Dei absolute & efficacis, quæ nunquam potest frustrari: Ergo idem quod prius. Sequela Majoris probatur. Si voluntas præmota ad amorem, non amaret, irritam faceret divinam promotionem: Ergo si posset non amare, posset irritam facere. Consequentia videtur manifesta, quia ut communiter dicitur: *Quod facit alius actu, hoc facit potentia possibiliter.* Ergo si actu non amare, sit irritam facere divinam promotionem, posse non amare, est eam posse irritam facere.

Tertio, Frustra est potentia quæ nunquam reducit in actum: Sed illa potentia ad non amandum quæ est in voluntate præmota ad amorem, nunquam reducit in actum: Ergo est frustra.

184 Antequam hæc argumenta diluamus, Advertendum est, illa æque militare contra gratiam congruam, ac contra gratiam prædeterminantem, ac proinde ad Adversariis esse solvenda. Nam si homo vocatus vocatione congrua, vocationem non conficiat, sequeretur plura impossibilia, nempe quod eadem vocatio simul esset congrua & incongrua, quod divina præsentia falleretur, & quod in eadem voluntate simul essent assensus ad assensus, ut consideranti patebit. Item si homo excitatus gratia congrua non conficiat divinæ vocationi, redderet gratiam illam incongruam, & falleret divinam præsentiam: Ergo si posset non consentire, poterit reddere gratiam incongruam, & fallere divinam præsentiam: quod enim facit actu actu, hoc facit potentia possibiliter.

Tertio, potentia ad dissentendum quæ est in voluntate excitata gratia congrua, nunquam reducit in actum, nunquam enim contingit, vel continget, quod vocatus gratia congrua, divinæ vocationi non consentiat, quia ut docent ejus defensores, talis gratia semper & infallibiliter fertur suum effectum: Ergo talis potentia est otiosa & frustranea; frustra enim est potentia quæ nunquam reducit in actum. Videant ergo Adversarii, quomodo tela projecta in projectientem recidunt.

185 Neque valet si dicas inter gratiam congruam & prædeterminantem, hæc interesse differentiam, quod prima includit liberum nostre voluntatis consensum, ut a Deo prævium per scientiam mediam; altera vero illum non includit, sed antecedit. Nam præterquam quod hæc differentia non est ad rem, nec juvat ad solvenda argumenta proposita, fufe antea impugnata est. Offendimus enim, quod sicut gratia congrua formaliter includit liberum nostre voluntatis consensum, ut a Deo prævium per scientiam mediam; ita & gratia prædeterminans includit illam radicaliter, virtualiter aut eminenter. Tum quia procedit ad infinita divinæ voluntatis efficaciam, quæ est prima nostre libertatis radix & origo: Tum etiam, quia liberum nostre voluntatis consensum non aliter antecedit,

dit, quam per modum causæ & principii actualis illius, ac sola prioritate casualitatis & nature, illumque connotat tanquam effectum a se causatum, & derivatum; quia, ut docet Augustinus, talis gratia causat in nobis liberum, fortissimam, & inviolabilem voluntatem; facitque homines esse volentes volentes, & ex repugnantibus consentientes. Hoc præmissis.

Ad argumentum respondeo, nego Antecedens. Ad 186 cujus primam probationem, distinguo Majorem. Possibili posito in actu, nullum sequitur impossibile: Per se loquendo & absolute, nullaque facta suppositione, concedo. Per accidens, & facta aliqua suppositione, nego. Nam quando aliquis est justus & habet gratiam, retinet potentiam ad peccandum, & tamen si in eo instanti in quo habet gratiam, poneretur peccatum, sequeretur aliquid impossibile, nempe quod in eodem homine gratia sanctificans & peccatum simul reperiretur. Item quando quis amat, retinet potentiam ad non amandum, & per consequens est tunc possibilis carentia amoris, quæ tamen si tunc poneretur, sequeretur aliquid impossibile, nimirum quod in eadem voluntate simul esset amor & ejus carentia. Idem cum proportione dicendum est de prædeterminatione ad amorem, cum enim prioritate tantum nature illum antecedit, & sit in eodem instanti temporis & durationis cum illo, eandem habet incompossibilitatem cum negatione amoris, ac ipsemet amor qui infallibiliter eam consequitur.

Ad secundam probationem, distinguo Majorem. Si voluntas præmota ad amandum posset non amare, potentia consequenti, & in sensu composito, posset irritam facere divinam promotionem, concedo Majorem. Si posset non amare, potentia solum antecedenti, & in sensu diviso, nego Majorem. Ad ejus probationem, concedo Antecedens, nego Consequentiam. Ad Axioma vero quod adducitur, dicendum est illud verificari quando fit comparatio inter potentiam & proprium actum ei correspondentem; secus autem si non fiat hoc modo comparatio, ut contingit in proposito. Nam actu non amare, stante prædeterminatione ad amorem, est actu potentie consequentis, quæ est infallibiliter cum actu conjuncta: potentia vero ad odium, quæ est in voluntate prædeterminata ad amorem, est solum potentia absoluta, & antecedens, quæ est ad actu separata; sive ut alii dicunt, est solum potentia pura possibilitatis, non autem potentia positionis, qualis est etiam potentia ad dissentium quæ est in voluntate, gratia congrua excitata, ut docent Adversarii. Unde ad tertiam probationem dicendum est, quod ut potentia quæ est ad utrumlibet non sit frustra, sit esse quod ponat unum ex duobus actibus contrariis quos respicit, & tunc fervet potentiam abloquam & antecedentem ad alium ponendum; licet talis potentia sub tali statu & suppositione nunquam in actu reducatur, immo nec reduci possit. Patet hoc in ipsa voluntate, quæ dum actu amat, retinet potentiam ad odium, nec frustra est talis potentia, licet exerceri non possit: nisi sub talo illo actu, & non simul cum illo, quia ad hoc nulla est potentia ut, simul duo oppositi actus conjungantur. Idem cum proportione dicendum est de voluntate ad amorem prædeterminata: potentia enim ad odium quam sub tali prædeterminatione retinet, non debet censeri otiosa, quia absolute potest in actu reduci, licet sub tali suppositione & statu nunquam reducatur in actum. Sicut etiam licet in sententia Adversariorum, potentia ad dissentendum quæ remanet in voluntate excitata gratia congrua, nunquam in actu reducatur, non censetur tamen otiosa & frustranea.

188 Addo quod plures sunt alie potentie, quæ nunquam reducuntur in actum, & tamen non censentur frustraneæ. Nam prædeterminata potest damnari, & reprobus salvari; & tamen nunquam eventus aut evenit, quod prædeterminatus damnetur, aut reprobus salvetur: juxta illud D. Bonaventuræ, quod supra retulimus: *Quando aliquid debetur locis secundum prædeterminationem divinam, potest quidem cadere, & locum perdere, & alius qui non est prædeterminatus, potest locum acquirere, & tamen nunquam hoc evenit.* Item ille cui ex Christi meritis tribuitur perseverantia donum, potest quidem non perseverare, si velit; tamen certo & infallibiliter perseverat, & nunquam contingit, neque continget, quod actu & de facto non perseveret, ut docet Petavius tom. 1. lib. 9. cap. 7. cujus verba art. præcedenti S. a. retulimus. Unde Augusti. de corrept. & gratia c. 7. *Horum si quisquam perit, fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus. Horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus: sed nemo eorum perit: quia nulla re vincitur Deus.*

Objicies quarto: Voluntas prædeterminata ad amorem, non habet potentiam expeditam ad odium: Ergo non remanet perfecte libera. Consequentia patet, ad perfectam ad alius oppositos. Antecedens vero probatur. Ille non censetur habere potentiam expeditam ad alium actum, qui habet obicem & impedimentum ligans ipsam potentiam,

nam, & ipsam impediens ne eliciat talem actum; ut constat in eo qui est contractus compediens, vel ligatus vinculis, talis enim ratione illius impedimenti non censetur habere potentiam expeditam ad ambulandum; sed voluntas prae-determinata ad amorem, habet aliquod impedimentum, & veluti quoddam vinculum ipsam ligans, & impediens ne in actum odii prorumpat, nempe prae-determinationem ad amorem. Ergo non habet potentiam liberam & expeditam ad odium.

191 Respondeo negando Antecedens, ad cuius probationem, concessa Majori, nego Minorem. Sicut enim actus ipse amoris quem voluntas elicit, ut a Deo prae-determinata, non impedit potentiam, nec censetur esse obstaculum respectu illius, ita nec prae-determinatio ad amorem. Quia sicut amor actualis libere elicitur a voluntate, & oritur ex eius electione; ita & prae-determinatio ad illum, datur per modum liberi, & ex prima totius libertatis & contingitiae radice descendit. Unde multiplex est disparitas inter prae-determinationem applicentem voluntatem ad amandum; & vincula seu compedes quibus homo detinetur & constringitur. Prima est, quia illa detentio non est aliquid liberum, vel datum ut determinet per modum liberi, sed est autem prae-determinatio, haec enim est libera ut qua seu casualiter & radicaliter; daturque voluntati, ut in suo ordine, & in ratione secundi liberi & determinantis, se libere determinet, ut supra ostensum est. Ex quo oritur secunda differentia: vincula enim & compedes, non accomodantur naturae potentiae progressivae, nec voluntarie ac suaviter illam detinent, sed violente & coacte: prae-determinatio autem accomodatur naturae ipsius voluntatis, eamque movet & applicat ad agendum, fortiter & suaviter; quia illam movet sub differentia obiectiva iudicii, & cum potentia ad oppositum, ut eius natura & conditio exposcit. Quod Spiritus Sanctus significare voluit per Oseam Prophetam, cum c. II. in finibus Aham traham eum, in vinculis caritatis; divina enim praedestinationis decreta, & gratiae efficaciae, vocantur quidem vincula, quia eorum certitudo efficacissima, insuperabilis, & immutabilis est; sed tamen amoris vincula, quia suavissima, & naturae voluntatis accomodata. Vincula sunt, non tam ligantia quam ornantia: Amor enim (ut ait Chrysolegus) quem ligat: liberat, quem operat, ornans & ornans. Vincula sunt, sed aurea. Quis autem aureis vinculis trahit, immo & ligari & onerari non vult; Dolebantur compediens mulieres (ait Ambrosius) dummodo aure ligentur; onera esse si pretiosa sunt, non putant; nec vincula.

192 Aliud etiam inter vincula & prae-determinationem intercedit discrimen. Vincula enim non solvunt, sed ligant potentiam progressivam, & impediunt ne in actum prorumpat; prae-determinatio vero solvit suspensionem & indeterminationem voluntatis, & facit quod in actum se exercet, habeatque actualem suam libertatis exercitum; unde illa non habet rationem vinculi impediens, aut cogentis, sed actum primum cum secundo indissolubiliter conjungentis.

§. VI.

Aliud argumentum solvitur.

193 Obijcies ultimo: Ille non censetur esse complete potens ad operandum, nec consequenter perfecte liber, qui caret aliqua actualitate aut virtute necessario requisita ad operandum: Sed ille qui non est prae-determinatus ad actum amoris v. g. caret aliqua virtute vel actualitate, ad operandum necessario praerequisita, scilicet prae-determinatione, quae secundum Thomistam est de praerequisitis ad agendum: Ergo ille qui non est prae-determinatus ad actum amoris, non est complete potens, nec consequenter perfecte liber ad amandum.

193 Communis solutio hujus argumenti distinguit inter praerequisita ad agendum quae se tenent ex parte potentiae & actus primi, & ea quae se habent per modum applicationis potentiae, seu reductivi de actu primo ad secundum; & docet prae-determinationem esse solum de praerequisitis hoc secundo modo; & consequenter ex eius carentia & defectu, non sequi in voluntate defectum potentiae & virtutis activae, sed tantum carentiam applicationis & actualitatis reductentis de actu primo ad secundum: potestque hoc explicari exemplo concursus concomitantis Dei; aliquo modo distincti a concursu creaturae, qui est in sententia Adversarii non indissolubiliter desideretur; ad hoc ut creatura apponat suam partem concursus, non tamen sine illo definit habere creatura posse simpliciter ad agendum. Quia concursus concomitans Dei non est de numero eorum quae dant posse simpliciter, separabile ab actu; sed de numero eorum quae praesupponunt hoc posse, & requirunt ad ipsum agere.

194 Verum contra hanc responsum & communem doctrinam Thomistarum, insunt quidam Recentiores, qui dicunt primo, illam cohaerere non posse cum eorum principis Thomistarum enim docent prae-determinationem ante-

cedere actum secundum, prioritate naturae & causalitatis: Sed praecedentia causalitatis & naturae est actus primus; unde licet Solis fecunditas non precedat nisi natura & causalitate emissionem sui radii; tamen Solis virtus est actus primus: Ergo & prae-determinatio.

Secundo, prae-determinatio, secundum Thomistas, est radix & principium libertatis actualis, seu liberae operationis: Sed radix & principium praecedit ut actus primus id cuius est radix: Ergo & prae-determinatio, per modum actus primi operationem liberi arbitrii antecedit.

196 Tertio, Si prae-determinatio non sit actus primus, cum illa non sit actus secundus, sed realiter ab operatione distinguatur, erit actus tertius: Atqui hoc est absurdum, cum omnes Philosophi adequate dividant actum in primum & secundum, & nullum agnoscat actum tertium: Ergo idem quod prius.

197 Quarto, quod pertinet ad ordinem operativum & non tamquam ipsa actio; nec tamquam pura conditio ad agendum, debet pertinere ad illum tamquam virtus agendi, ac proinde se tenere ex parte actus primi: Sed prae-determinatio pertinet ad ordinem operativum, & non tamquam actio, cum ab ea realiter distinguatur, nec tamquam pura conditio ad agendum: Ergo tamquam virtus agendi ex parte actus primi se tenens.

198 Quinto, Causa secunda non subordinata, nec subiecta primae, neque non agit, sed nec agere potest: Atqui juxta Thomistas, causa secunda constituitur subiecta & subordinata primae, per prae-determinationem: Ergo sine illa, non solum non agit, sed nec agere potest, ac proinde prae-determinatio constituit causam secundam potentem ad operandum.

199 Denique, Nullum concretum constituitur formaliter tale per albedinum, quam per formam abstractam illius; sicut albus per albedinum, iustus per iustitiam. Sed forma abstracta hujus nominis operans, est sola operatio: Ergo quod non est operatio, non constituit principium qua operans, sed qua potens ad operandum.

200 Haec tamen parum urgent, & facile dilui possent. Ad primum enim, concessa Majori, nego Minorem: nam cum actus primus sit separabilis secundo, illum praecedit non solum prioritate quo & naturae, sed etiam prioritate in quo & existentium. Unde pater disparitas ad exemplum de virtute & fecunditate Solis: idcirco enim virtus & fecunditas Solis est actus primus, quia est separabilis a secundo, saltem per absolutam Dei potentiam, illamque non solum prioritate a quo, sed etiam in quo, praecedit. Secus autem prae-determinatio, haec enim est omnino inseparabilis ab operatione, cum causam secundam in ratione principii actualis constituit: eamque sola prioritate, a quo, non vero in quo, antecedit.

201 Ad secundum distingo Majorem. Prae-determinatio secundum Thomistas est principium libertatis actualis, seu liberae operationis; Principium habituale, nego Majorem: Principium habituale, concedo Majorem. Similiter distingo Minorem, Radix & principium habituale praecedit ut actus primus, concedo Minorem. Radix & principium habituale, nego Minorem, & consequentiam.

202 Ad tertium nego sequelam Majoris. Licet enim prae-determinatio non sit actus primus, neque secundus, non tamen est actus tertius, sed aliquid medianus inter actum primum & secundum, & se habens per modum nexus & vinculi utrumque conjungentis. Sicut in sententia probabili, unio neque est materia neque forma, sed aliquis modus seu nexus intermedius utrumque conjungens.

203 Ad quartum nego etiam Majorem: nam in ordine operativo datur medium inter hoc quod est esse conditionem ad operandum, & virtutem seu potentiam operativam: scilicet esse applicationem efficacem ad operandum, seu reductivum de actu primo ad secundum, & hoc modo se habet prae-determinatio, quae propterea a quibusdam Thomistis appellatur complementum potentiae, quia quilibet potentia completur & perficitur, per hoc quod applicatur ad agendum, & de actu primo ad secundum reducitur.

204 Ad quintum distingo Majorem: Causa secunda non subiecta nec subordinata primae, nec habituale, nec actualiter, non potest agere, concedo Majorem. Si sit illi subiecta & subordinata habituale operationis, quoniam non sit illi subordinata actualiter, seu in ratione principii actualis operationis, nego Majorem. Similiter distingo Minorem: Causa secunda constituitur subiecta & subordinata primae per praedeterminationem. In ratione principii actualis, concedo Minorem. In ratione principii habituales, nego Minorem, & consequentiam. Vel secundo distingo Majorem, Non potest agere, potentia consequenti, & cum actu conjuncta, concedo Majorem. Potentia antecedenti, & ab actu separata, aut separabili, nego Majorem.

205 Itaque duplex solet distingui principium operationis: alterum habituale, & ab operatione separabile, alterum habituale, & cum actione indissolubiliter connexum. Primum constituitur per virtutes operativas, vel per auxilia

sufficientia secundum vero per praedeterminationem, & gratiam efficacem. Illud solum potentiam antecedentem, & ab actu separatum essentialiter importat: Illud vero potentiam consequentem, & cum actu conjunctam, atque ab eo inseparabilem; unde quavis causa secunda non praemota, nec Deo in ratione principii actualis subordinata sit potens ad agendum hoc secundo modo, seu potentia consequenti; bene tamen primo modo, ac potentia antecedenti, ab actu separabili.

206 Ad ultimum, concessa Majori, distingo Minorem. Forma abstracta hujus nominis operans est operatio. Sily operans sumatur formaliter, & pro principio formali operationis, concedo Minorem. Si sumatur casualiter, & pro principio effectivo illius, nego Minorem. Similiter distingo Consequens. Ergo quod non est operatio, non potest constituitur principium operans: si per principium operans intelligatur principium formale operationis, concedo. Si intelligatur principium causale & effectivum illius, nego.

Duplex ergo debet distingui principium operationis: Alterum formale, quod constituitur per ipsam operationem, sicut albus per albedinem, & iustus per iustitiam. Alterum causale seu effectivum, quod debet constitui per aliquid prius natura ipsa operatione: Cum enim tale principium, operationem prioritate naturae antecedit, ejus constitutum eadem prioritate debet illam praecedere, ac proinde constitui non potest per ipsam operationem, vel per concursum simultaneum in ea imbibitum, sed tantum per concursum praeivum, seu per praedeterminationem aut gratiam efficacem, applicentem voluntatem, & eam de actu primo ad secundum reducuntem.

§. VII.

Injunctum falsissimum, quae Thomistis solent imponere Adversarii.

207 Rem haud inanem, nec Lectori inutilem, aut injunctam me facturum putavi, si in hujus disputationis fine, brevissime colligerem falsitates & absurda, quae nobis in hac materia imponere solent Adversarii, ut in hac charta veluti in parva tabella, unico istu oculi conspici possint.

207 Dicunt ergo primo Adversarii, nec sentire voluntatem nostram a Deo determinari, non vero se determinare. Nos autem dicimus, illam a Deo ut primo libero determinari, & ut secundum liberum se determinare; duplicemque determinationem distinguimus, unam causalem, quae est a solo Deo applicante voluntatem ad operandum; & alteram formalem, quae est a Deo, & a vo-

luntate creata simul operantibus, & istam volumus esse effectum prioris.

208 Dicunt secundo, nullam indifferentem activam sed passivam tantum nos in voluntate creata agnoscere. Dicimus nos, illam utraque gaudere: Passiva quidem, in ordine ad divinam motionem quam recipit: & activa, respectu propriae operationis quam elicit. Hanc tamen volumus esse ita vagam & effusivam, qualem docent Adversarii, sed temperatam subordinatione & subjectione ad Deum, ut ad primum movens, & ad primum determinans.

209 Dicunt tertio, nos docere voluntatem a Deo prae-determinatam non posse non operari aut agere oppositum. Dicimus nos, utrumque posse in sensu diviso, licet non in sensu composito.

210 Dicunt quarto, juxta Thomistas, idem esse posse non agere in sensu diviso, quod ablata praemotio, & a voluntate divisa. Hunc tamen sensum tamquam Calvinisticum rejicimus, & dicimus posse non agere vel dissentire in sensu diviso, significare quod voluntas sub ipsa Dei motione, absolutam ad non agendum vel ad dissentiendum potentiam retinet & conservat.

211 Dicunt quinto, nos totam libertatem ponere in intellectu, non autem in voluntate. Sed hoc nusquam somniamus, nam in intellectu proximam libertatis radicem collocamus; in voluntate vero tamquam in propria sede aut cubili, eam residere profiteremur.

212 Dicunt sexto, nos in voluntate praemota necessitatem antecedentem admittere. Hoc tamen constanter negamus, & inter suppositionem antecedentem, & necessitatem antecedentem distinguimus, ut constat ex supra dictis.

213 Dicunt septimo, liberum arbitrium per praemotionem physicam & gratiam efficacem moveri a Deo irresistibiliter & ineluctabiliter. Nos dicimus in his terminis latere equivocationem: si enim carentiam actualis resistentiae & dissentis significent, vera est illa propositio: secus autem si his vocibus potentia resistenti seu dissentienti excludatur; haec enim, ut supra ostendimus, non tollitur aut absumitur per praedestinationem & gratiam efficacem, sed solum actualis dissentis & resistentia impeditur.

214 Plerique etiam hallucinantur in intelligentia harum vocum. Prae-determinatio physica; existimant enim particulam pra, prioritatem temporis aut durationis designare, cum tamen, juxta Thomistas, solum naturae & causalitatis prioritatem significet; illudque nomen physica Auctores illi philosophice usurpant, prout significat idem quod naturalis, seu per modum naturae movens; cum tamen Theologiae sumi debeat, prout scilicet denotat motionem divinam esse ab intrinseco & ex sua natura efficacem, quoniam causas liberas ad unum per modum liberi, & non per modum naturae determinet.

